BIBLIA VETERIS TESTAMENTI (PARS)

Deutschland (Sachsen ?), 2. Hälfte 13. Jh. Seite 88v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



DEU

tum de quibus facta sunt neque assumes ti
bi ex eis quicquam ne offendas propterea
quia abhominatio est domini dei tui.
Non inferes quippiam ex idolis in domum
tuam. ne fias anathema sicut et illud
est. Quasi spurciciam detestaberis. et ue
lud inquinamentum ac sordes abhomina
tioni habebis quia anathema est.

VIII

Omne mandatum quod
ego precipio hodie caue diligenter
ut facias. ut possitis uiuere et
multiplicemini ingressique possideatis
terram pro qua iurauit dominus patribus
uestris. Et recordaberis cuncti itineris. et
quod adduxit te dominus deus tuus. xl.
annis per desertum. ut affligeret te at
que temptaret. et nota fierent que in tu
o animo uersabantur. utrum custo
dires mandata illius an non. Affli
xit te penuria. et dedit tibi cibum ma
na. quod ignorabas tu et patres tui. ut os
tenderet tibi quod non in solo pane uiuit
homo. sed in omni uerbo quod egreditur
ex ore dei. Vestimentum tuum quo o
periebaris nequaquam uetustate de
fecit et pes tuus non est subtritus.
En quadragesimus annus est ut re
cogites in corde tuo. quia sicut erudit
homo filium suum. sic dominus deus
tuus erudiuit te ut custodias man
data domini dei tui et ambules in ui
is eius et timeas eum. Dominus enim
deus tuus introducet te in terram bonam
terram riuorum aquarumque et fon
tium in cuius campis et montibus e
rumpunt fluuiorum abissi. terram
frumenti hordei ac uinearum. in qua
ficus et malagranata et oliueta nas
cuntur. terram olei ac mellis ubi
absque ulla penuria comedes panem
tuum. et rerum omnium habundan
cia perfrueris. cuius lapides sunt fer
rum. et de montibus eius eris metalla fo
diuntur. ut cum comederis et saciatus
fueris benedicas domino deo pro terra op
tima quam dedit tibi. Obserua et caue
ne quando obliuiscaris domini dei tui. et
negligas mandata eius atque iudici
a. et cerimonias quas ego precipio tibi
hodie. ne postquam comederis et sacia
tus fueris domos pulchras edificaueris
et habitaueris in eis. habueris que arme
nta et ouium greges argenti et auri. cuncta
rumque rerum copiam. eleuetur cor
tuum. et non reminiscaris domini dei
tui qui eduxit te de terra egypti de do
mo seruitutis. et ductor tuus fuit in
solitudine magna atque terribili. in
qua erat serpens flatu adurens. et
scorpio. ac dipsas. et nulle omnino a
que. qui eduxit riuos de petra duris
sima. et cibauit te manna in solitu
dine. quod nescierunt patres tui. Et post
quam afflixit et probauit ad extremum
misertus est tui. ne diceres in corde
tuo. fortitudo mea. et robur manus mee.
hec michi omnia prestiterunt. sed re
cordaberis domini dei tui quod ipse tibi
uires prebuerit impleret pactum suum
super quo iurauit patribus tuis. sicut pre
sens indicat dies. Sin autem obli
tus domini dei tui secutus fueris deos
alienos. coluerisque eos et adoraueris
ecce nunc predico tibi quod omnino
dispereas. sicut gentes quas deleuit do
minus in introitu tuo ita et uos pe
ribitis. si inobedientes fueritis uoci do
mini dei uestri.

IX

Audi israel. Tu transgredie
ris hodie iordanem. ut pos
sideas nationes maximas et for
tiores te. ciuitates ingentes et